FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

# Ep[isto]la diui Pau=||li ad Romanos ab Egidio delpho sa=||cræ theologiæ p[ro]fessore clarissimo de=||ca[n]tata. In cuius com[m]e[n]dationem est || ...

Delphus, Egidius

[Paris], [16. Jh.]

In epistolam Pauli ad Romanos Amplissimo plurimumque reuerendo i christo Antistiti Stephano de Ponchier Egidius Delphus.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150434

Visual Library

# In epiſtolam Pauli ad Romanos

Ampliſſimo plurimumq; reuerendo i chriſto
Antiſtiti Stephano de Ponchier Egidius Delphus.

AVrea Romanos animauit ep̄la Pauli:
Et docuit ſanctam non dubitata fidē
Prætulit hanc operis: & legē cedere fixis
Aſtruit eloquiis quæ noua Chriſte refers.
Imbuit electos diuino aſcribere dono
Munera: q̄ meritis largior ille parat.
Qui Reprobat quos iuſta dehinc ſententia dānat
Tam patientis heri/mortis in acre malum.
Sic lites dirimit dum criminis arguit ambos
Extremi populos: dogmata mira ſerens.
Hæc ego lege noua Præſul metuende Repoſta
Dono tuenda tibi: Qui meliora notas.
Et potis es linguæ Rudioris tollere Mēdas:
Ac memoranda edi rite iubere ſoles.
Hos proſa delectat: capiuntur carmine multi.
Edita Romuleis littera quoſq; petit.
Inſcius electus magno veneraris honore.
Alta poli callens: iura minora tenes.
Sicq; coronandus titulis ex ordine bellis:
Iam merito Stephani nomine pulcher eras.

# Magiſtri noſtri egidii delfi Carmen.

Gloria Parrhyſiis clara eſt antiſtite tanto
Viuere: Qui factis Iuſſa ſequēda docet
Sorbonicis Prouiſor ades: quibus addor et ipſe.
Nec placido par eſt verba negaſſe patri.
Me citius raptus quondā Lodoicus amauit
Paſtor: & ordinibus promouet ille ſacris.
Nunc ego maiori tibi me Ratione regendum
Trado. viris honor eſt vel placuiſſe probis.
Suaſit & hoc multa fandus mihi laude Ganayus
Quem colit inſignem docta camœna ducem.
Viue vale ductor. Viuat tibi ſubdita turma
Quos ligat vna fides: quos beat vnus amor.
Sanctiloquis docti Rapiamur ad æthera; ſcriptis
Multorumq; animas accumulare iuuet.
Talia ſi placeant: ſunt altera carmina nobis.
Quæ duce te poterunt pluribus eſſe. Vale.

# In epiſtolam Pauli ad Romanos.

## Argumentum in epiſtolam Pauli ad Romanos

PAulus hebreorũ gentes virutib⁹ ęquat.
Conſpicuam pręfert actibus ille fidem.

Capite primo poſt ſalutationẽ pactis gratijs ꝓ fidei (ex qua iuſtus viuet) ꝓpagatiõe: gẽtiles pręcipue taxat ꝙ dei agnitione abuſi in ꝓfũdũ viciorum mergerẽtur.

## Incipit epl'a pauli ad Ro. ab Egidio Delfo cãtata

PAulus apoſtolic⁹ ſub prĩcipe ſeru⁹ Ieſu
Pro verbi eloqo ſacri / qđ vouerat autor
Tot vatũ ore pio / ꝓpria de ꝓle locut⁹
Semine dauidis pro carnis origine nata.
Quem gnatum virtute ſuum prędeſtinat ante:
Sanctificante ſacro ſpiramine mortis habentem
Iuſtius imperium: per quem michi gratia tanta
Iuſqꝫ miniſterij: fidei quo diſcederet orbis.
Parere alloquijs / celebrato nomine Chriſti:
Qualiter et vobis pręclara vocatio ſurgit:
Omnibus electis romanam habitantibus vrbem:
Gratia ſit vobis: ſit pax a patre ſupręmo:
Proleqꝫ ſaluifica Chriſto / qui ſecula regnat.
Ipſe deo primum grates ago pectore puro:
Quando fides totum reſeratur veſtra per orbem
Teſtis enim deus eſt cui ſeruio flamine fultus

Magiſtri noſtri Egidii Delſi Carmen
Fando euangelium: me nunꝗ̄ exiſtere veſtri
Immemorem: precibus grato de pectore fuſis:
Tramitte quo liceat fœlici inuiſere charos.
Cernere vos cupio: communis vt optima fiat
Gratia: ſolamenq; bonum virtute fideli.
Vos equidem facio certos: me ſæpius iſtuc
Propoſitum traxiſſe meum: licet vſq; negatum.
Vt bene de vobis merear: quod pluribus egi.
Debeo barbaricis etiam / quod debeo græcis.
Quod ſciolis: itidem rudibus debere fatemur:
Prompti euangelium romanę edicere gēti.
Nam neq; ſubuereor: tam nuncius eſſe ſalubris.
Quippe dei virtus credētibus alma ſaluti eſt
Omnibus: hebræo primū / pariter quoq; græco.
Iuſticiamq; ſacram fidei manifeſtat alumna
Sancta fides: iuſto qua ſcribitur affore vita
Namq; reuelatur iuſtiſſima cœlitus ardens
Ira dei ſummi ſuper impia facta malorum
Atq; iniuſticiam: maculant qui vera prophanis.
Namq; dei ſplendor manifeſtus et editur illis.
Ipſe vel omnipotens ipſis effecit apertum:
Nam facti intuitu mundi ſecreta tonantis
Rebus ab effectis ſatis intellecta videntur.

Sic virtus æterna dei naturaq; ſumma
Pandituryt vicij nequeant obtendere cauſā.
Qui celebris q̄q̄ numen tenuere tonantis:
Deſidibus nullo fuerat veneratus honore.
Quos adeo ingratos luſit reputatio vana.
Atq; cor inſipiens altæ merſere tenebræ.
Nam quia ſe iactant ſciolos: ſtulteſcere pergunt.
Culturamq; dei(qui non corrumpitur) almam:
Ad corruptibilis hominis vertere figuras:
Quadrupedum volucrum: ſerpentum horrentia monſtra.
Iuſtior ergo deus ſceleratos tradidit illos
Sub reprobis votis: immunditiiſq; volutos
Pectoris impuri: proprium qui corpus iniquis
Affecere malis in ſeſe fœdius auſi:
Dum ſacra vera dei turpe in mendacia vertunt:
Atq; creaturam potius q̄ cuncta creantem
Amplificant: dominū benedictum in ſecula: vere:
Ergo ignominiæ dedit hos affectibus author.
Fœmineæ turbæ naturæ ſæpius vſum
Vertere ſunt contra naturam turpiter auſæ
Fœmineoq; mares vſu ſine lege relicto
Exarſere ſibi: ſpurcaq; libidine mixti
Cum maribus fecere mares turpiſſima multo:

Criminis in ſeſe precio (quod oportuit) acto.
Vtq3 deum minime ſeſe nouiſſe probarunt.
In reprobum ſenſum damnandos tradidit illos
Efficere audaces quę nulla ex parte probantur.
Omnibus expletos viciis: errore maligno
Nequitię: vetitiq3 tori: cupidiq3 furoris:
In uidia plenos: homicidia dira patrantes.
Armatoſq3 dolo: contendenteſq3 maligne:
Atq3 ſuſurrones: detractoreſq3: ſuprę mo
Inuiſos: ſtolidos: incompoſitoſq3: parentũ
Infenſos monitis: riſores: atq3 ſuperbos:
Inflatos animis: inuentoreſq3 malorum:
Nec placide affectos: imites: fœdere nullo.
Nam dũ iuſticiam domini nouere ſuperni:
Non ea patrantem dignum iam morte tenebant.
Nec modo patrantẽ: ſed quem conſenſio fœdat.

Reprehẽdit p̄cipue iudeos qui p̄uaricati gẽtes temere ĩculpabãt quos ſeſe primũ emendare decebat. Cap. II.

Ergo ita cenſorem defenſio nulla tuetur
Quiſquis eris: qñ reprehẽſa vl' efficis ip̄e
Namq3 alios reprobans pari li te crimie damnas.
Iudicium domini vere eſt patrantibus illa.
Tu modo qui damnas alios et talia tractas.

# In epiſtolã Pauli ad Romanos

Cenſuram ne dei ſperas euadere ſtrictam?
An tot diuitias temnis bonitatis apertas?
Longanimem temnis: patientem? ſciſne benignũ
Hoc agere: vt veniam vel lõgo ĩ tempore poſcas?
Iam pro duricia: pro cæci vulnere cordis
Non bene contriti grauiorem congeris irã
Iudicii extremi: meritis quo præmia ſtabũt.
Vindictamqꝫ paras cenſuræ in tempora iuſtæ.
Tunc patiendo bonis vitam quærentibus apte
Perpetuam ſtat honos: ſtat gloria: luxqꝫ perẽnis.
At fera quos agitat contentio: vera negantes:
Impia credentes: dolor: indignatio lædet.
Ira grauis ſupereſt: anguſtia plurima certe
In quaſcunqꝫ animas hominum peruerſa gerẽtũ:
Siue ſit hæbreus: ſeu gręcus: vt omnibus inſtat
Gloria: pax & honos: factis ſi digna merentur.
Perſonas etenim non contemplabitur author.
Qui ſine lege malis inhiant: ſine lege peribunt.
Sic etiam in legem peccantes lege peribunt.
Nam neqꝫ conſtituit iuſtos æquiſſimus ille
Qui legem audierint: niſi vel mandata gerãtur.
Nam quum legis opus gẽtes ſine lege freq̃ntant:
(Quod duce natura: non ſcripta lege docentur)

Sunt ſibi lex ipſi: monſtrant qui corde gerendum
Legis opus ſcriptū: quib⁹ eſt mens conſcia teſtis:
Teſtis et accuſans ſecum reputatio ſolers:
Aut etiam purgans: cenſente abſtruſa ſuprę mo:
Teſte euangelio noſtro Chriſtum per Ieſum
Tu quoqꝫ iudei qui nomine dicier audes:
Et recubas in lege dei: cui gloria magna
Eſt deus omnipotens. noſti qui velle iubentis:
Qui meliora probas: legis myſteria doctus:
Cæcorumqꝫ ducem monſtras: illuſtreqꝫ lumen
Errantum in tenebris: paruorum te eſſe magiſtrū
Atqꝫ potentem alios merito callenda docere
Notitiæ formam veracem in lege tenendo:
Sic alios qui pulchra doces: te nulla docebis?
Qui furtum prohibes: alienum ſurripis ipſe:
Tollis adulterium monitis: quod turpiter audes.
Sacrilegum cōmittis opus: quod famine damnas
Legeqꝫ de ſacra toties iactare ſuetus
Præteriens legem domino deducis honores.
Inter enim gentes diuinum ſcriptio nomen
Vos docet (o miſeri) blaſphemis temnere geſtis
Si legem retines: conciſio proſit & ipſa.
Si legem egrederis: legem in preputia vertis.

Dogma quidem legis quando præputia ſeruant.
Nonne vei hoc illis veluti conciſio ſtabit?
Te qꝫ ita natura gentilis / dogmata legis
Efficiens reprobat legis de tramite verſum.
Nam neqꝫ iudæus manifeſtior / aptus habetur.
Sum neqꝫ pelliculæ conciſio nota / placebit.
At tacitus iudæus erit bene: nullaqꝫ corde
Littera præciſum ſtatuet: ſed ſpititus. illa
Sciſſio non hominũ laudẽ petit: immo tonantis.

Oñdit a deo q ſolus verax ẽ & rectus vtrũqꝫ populũ iuſtificari non opib⁹ legis: ſed fide: q̄ vera lex ſtatuitur. Interſerit pctã nõ redũdare in gloriã vt impii apl'o obiiciebant. Cap. III.

ERgo quid hebræis ſic ãpli⁹ eſſe putem⁹
Siue quid illorum recutitio ꝓfuit vnq̃?
Sꝫ penit⁹ mľtũ. nã ſũt his credita primũ
Eloquia alma dei. Quid enim: ſi portio quedam
Credula non fuerit: fideine abſumet honorem
Iſta incredulitas? minime hoc. veriſſimus author
Sed mendax eſt oĩs homo: ceu ſcriptio tradit.
Iuſtus vt emineas proprio ſermone: datoqꝫ
Iudicio victor. ꝙ ſi mea crimina iuſtum
Commendãt dominũ: iã qđ dicem⁹: iniqu⁹
Nonne foret dominus reprobos q punit in ira?
More hoĩm rogito. minime id nã qualiter orbem

Iudicet omnipotens: nam ſi veriſſima ſummi
Gloria rectoris mea per mendacia creſcit:
Cur veluti peccator ego diiudicor inde?
At cur non potius vel peſſima quæq; geramus:
Vt bona ꝓueniant? Quod me ſenſiſſe: malūq;
Dogma fuiſſe meum: blaſphema calūnia iactat.
Quos ita peruerſos dominatio plectitur æqua.
Ergo quid ē? Genteſne igitur præcellimus ipſi?
Sed minime. quando ſub crimīe nūc et hebræos
Inſimul et græcos oſtendi: vt ſcriptio ſignat:
Eſt ſapiens nemo/iuſtuſve: deumve requirens.
Nemo pium pertractat opus/non vſq; vel vnum.
Guttur & eſt illis patuli pro more ſepulchri.
Peſtiferam fraudem linguis egere doloſis.
Vipereum labijs manet ac mortale venenū.
Os et amaricies implet maledictaq; multa.
Suntq; profundendo veſtigia prompta cruori.
Infœlix miſerum vaſtat contritio callem.
Nec pacis tenuere viam: ſanctoq; timore
Abſtinuere oculi. iam nouimus omnia legis
Verba ſacræ primum poſitis ſub lege referri:
Oribus vt cluſis totus ſubdatur et orbis
Altithrono. Nec enim iuſtum dabit actio legis:

Agnitio q̄q̄ peccati ex lege liquebit:
At modo iuſtitiam domini ſine lege tenemus
Lege vel a ſacra teſtatam et vatibus almis.
Quippe fide conſtat ſolida regnantis Ieſu:
Peruia quæ cunctis illi eſt fidentibus apte:
Nil etenim refert: nam deliquere vel omnes:
Gloria quis opus eſt rectoris gratia cuius
Iuſtificat gratis/Chriſto redimente potenter.
Quem mediatorem fidei munimine ponit
Sanguine diffuſo genitor pandendo ſalubrē
Iuſtitiam: exhibita venia pro crimine priſco:
Suſtentante deo. placuit cui tempore & iſto
Iuſtitiam monſtrare ſuam. quo iuſtior ipſe
Conſtituat iuſtos fidei veracis alumnos.
Ergo vbi gloriolæ tua nunc iactantia vanæ?
Excluſa eſt equidem. Sed quanam deniqꝫ lege
Factorum? minime. fidei ſed lege potentis.
Namqꝫ fide iuſtos emergere poſſe putamus
Qui neqꝫ legitimis exercebuntur in actis.
Nūquid hebræorū tantum deus: immo vel idem
Gentibus eſt ipſis. quando deus omnibus idem
Robore qui fidei recutitos ſurgere iuſtos
Gentileſqꝫ fide iuſtos præſtabit eadem.

Ergo fide legis nunquid minuamus honorem?
Non ita. ſed potius legem ſtabilimus amandam.

Veram ex fide iuſtificationẽ per habramũ credentiũ patrẽ declarat cuius exemplo quorũlibet fides pro iuſtitia reputabitur. Cap. IIII

ERgo quid Habramum patrem inueniſſe putemus
Carnis ad intuitũ? Quẽ ſi meditatio iuſtum
Legitima efficiat: non ẽ ea grata tonãti
Gloria quantalibet. Quid enim ſcriptura recẽſet?
Credidit Habramus domino: Iuſtumq; putari
Præſtitit illa fides: Nã ſplendida facta gerẽti
Debita fit merces: nec tanq̃ id gratia præſtet.
Non operanti autem qui iuſtificantis in altũ
Credulus eſt numen: ſuperi fit gratia doni
Propoſiti vt iuſto: fidei faciente vigore.
Qualiter acceptum Dauid deſcribit amicũ
Iuſtitia adiecta meritis ſine / rite beari.
Fœlix cui tegitur ſcelus omne / manetq; remiſſũ:
Cuiq; mali nihilum deus imputat. Iſta ne tandem
Tam ſacra proſperitas conciſis præſtita ſolis?
Nonne vel eſt ſubter præputia? Quippe putari
Diximus Habramum iuſtum / quia credidit almo
Qualiter ergo fides ſic eſt reputata reciſo?

Non etiam ſubter præputia: ſubter et illa
Primitus. At ſciſſus ſignacula ſuſcipit inde
Iuſtitiæ fidei / ſubter præputia ſtantis.
Vt foret ille pater cunctis credentibus idem:
Qui ſimul et iuſti poterūt credendo putari:
Tam minime ſciſſis / q̄ concidendo notatis.
Nam neq; ꝑ legem ꝓmiſſio venit Habramo /
Illius et ſoboli: quo mūdi exurgeret hæres:
Immo ex iuſtitia fidei. Nam gloria legis
Si daret hęredes: fidei vis eſſet inanis:
Pollicitum nullū: quum lex cumulauerit iram:
Nāq; vbi lex aberit: trāſgreſſio nulla patebit.
Ergo fide exoritur hæres. vt ſemen in omne
Gratuiti doni promiſſio firma maneret:
Nō modo ſub legē poſitis: ſ; quos dat Habramo
Vis fidei: patrem quē ſignat ſcriptio cunctis
Namq; ego te multis in gentibus eſſe parentem
Conſtitui ante deū: cui credulus ipſe fuiſti.
Qui valet exanimes ſub gaudia ponere lucis:
Que reuocat functos. et quæ non eſſe fatemur
Tanq̄ ſint vocitat. Spem cōtra / credidit ille
In ſpem pollicitam. multos vt haberet alumnos:
Sidera quot cœlo / pontho q; tenentur harenę.

Nec patitur languere fidem: nec corporis vſum
Aſpicit exanimē: centū iam tractus ad annos.
Deniq; nec Saræ moribunda eſt vulua notata.
Immo dei pactis minime diffiſus adheſit
Et grauiore fide dominū veneratur opimū:
Certior authorem ꝓmiſſa explere potētem
Omnia: iuſtitiæq; inſtar reputatur et illud.
Atq; ea nō tantū ē deſcriptio/propter Habramū:
Nos etiam illa monet: fidei quibus inclyta virtus
Stat pro iuſtitia patri credentibus alto:
Qui dn̄m Chriſtū mœſtis reuocauit ab vmbris.
Innocuū noſtro pro crimine turpe necatum:
Inde reſurgētem: iuſtos vt ponat alūnos.

Infert ꝓpoſitū ſcilicet vt iuſtificati ex fide pacē habeāt omnes per Chriſtū ſub ſpe gloriæ: charitate in nos ꝑ ſpiritū ſāctū diffuſa: qua ꝑ vni⁹ obediē (tiā abūdam⁹

Ecce/fides/ſpes/& charitas Cap. v

ERgo fide iuſti pacem teneamus et almā
Ad ſuperum patrem: Chriſto mediante benigno:
Cuius opima fides nos munera ducit in iſta.
Quis alacres adeo perſtamus vt optima nobis
Gloria ſperetur/patrios quæ paſcat alūnos.

Nec modo ſpes animat tam clara: ſed afficit apte
Gloria mœſtitiæ certos angoribus edi
Si quis erit patiens patientia deinde probatũ
Efficit: & gignit ſpem deinde ꝓbatio dignam.
Spes ea confundit minime: quãdo optimꝰ ardor
Noſtra profuſus agit præcordia flamine ſancto
Pulchrius exhibito. Nam cur languore vigente
Mortuus eſt Chriſtus pro facta gerentibus olim
Impia: per tempus: nam vix occumberet vllus
Pro iuſto: pro (forte) bono quis fata ſubiret.
At deus eximium nobis patefecit amorem:
Sed dum Chriſtus obit pro nobis tpe prauis
Multo etiam potius iuſtos modo fonte profuſi
Sanguinis innocui ſaluos præſtabit ab ira.
Nam ſi dum meritis inimici eſſemus iniquis
Ipſe reconciliat propria nos morte parenti:
Egregius viuo placidi recreabimur ipſo.
At nec id ſolum: reficit quoqꝫ gloria præſens
In genitore deo: Chriſto pacante benigno.
Quandoquidẽ vt mũdũ peccatũ infecerat omnẽ
Vnius e culpa: mortem ꝗꝫ inuexerat illa:
Sic ea mors hoĩes itidem profluxit in omnis:
Quãdo ſimul peccant in ſolo errante vel omnes.

Nam fuit in mūdo peccatū ad tempora legis.
Qua nondū expoſita:nihili iam crimen habebāt.
Sed vel ab Adamo mors vſq; ad tēpora Moſi
Regnat et in multos quorū neq; culpa patebat:
In ſpeciem Adami lapſi:qui forma futuri.
Nec tamen ad noxam digna eſt collatio doni.
Nam multi exanimes ſi culpa vnius habentur:
Gratia tam melior multos ditauit Ieſu.
Nec velut ex vno eſt peccatū:ita gratia doni
Conferri poterit. Nāq; omnes damnat ab vno
Iudicium:ex multis delictis gratia ſanat.
Nam ſcelere vnius ſi mors regnauit iniquo:
Tam potius multo ſolius munere Chriſti
Magnifico iuſti vitalia regna tenebunt.
Ergo ita delicto dānātur vt vnius omnes:
Iuſtitia vnius multos dat viuere recte.
Ille alios peccare facit/dum nullus obaudit.
Efficit hic iuſtos parendo per omnia multos.
Atq; per ingreſſum legis fit copia noxæ.
Qua creſcēte magis ſupaucta eſt gratia victrix.
Vt velut in mortem vicio ſua regna ſtetere:
Sic per iuſtitiam ſuauiſſima gratia regnet.
Perpetuam in vitā:donāte hoc principe Chriſto.

# In Epiſtolã Pauli ad Romanos.

## ARGVMENTVM.

Plene reprimit iniquã illã obiectationẽ:peccata ipſa ad dei gloriã grãæve abũdantiã oĩno efficere poſſe:oſtẽdẽs ſeruos dei nõ fieri:niſi liberos a peccato. Cap.VI

QVidnam igit̃:nunquid ſub' crimine rite
moremur
Gratia quo vigeat? Minime hoc. Nam
Exanimes noxę poſt hac viuemꝰi illa? (q̃liter acri
An latet in chriſto fratres quotcunq; piamur
Illius immerita nos deniq; morte lauari?
Nam ſimul in mortem cum principe rite ſepulti
Fonte ſalutari ſumus.vt velut ille reſurgit
A nece:ſic vitæ nouitate fruamur honeſtæ.
Nos etenim illius ſi complantabimur inſtar
Egregiæ mortis:reditus ad gaudia ſtamus
Participes:veterem noſtrum qui nouimus vna
Iam crucifixum hominẽ:peccati vt corpus obiret.
Nempe ita defunctus fit crimine iuſtus ab omni.
Q; ſi cõmorimur domino:ſperamus et vna
Viuere:nil dubij ſurgentem a funere Chriſtum
Inde mori minime.nec mors dominabitur vltra
Viuifico.quod enim ſua funera ſenſit acerba
Id ſemel occubuit:verum quod viuit in æuum
Omne deo viuit.Sic vos quoq; ducite fratres

Peccato exanimes in chriſto viuere patri.
Non igitur veſtro mortali in corpore regnet
Crimen:vti votis libeat parere ſceleſtis:
Ceu nece conſumpta viuos. Et ponite membra
Iuſtitiæ arma deo.nec enim dominabitur error
Pulchrius inſtructis:neq; enim ſub lege manetis
Gratia quos ducit. Sed quid?peccabimus ergo
Legis ab imperio dirimit quos gratia fœlix?
Id minime. An ne fugis ſi cui vos dedere ſeruos
Contigit:illius certe vos eſſe miniſtros
Cui modo paretis:ſeu criminis ad mala mortis:
Siue ad iuſtitiam iuſſis parendo decoris?
Sed dominum amplifico:ſerui quia criminis oli
Nunc equidem placido paretis pectore lecti
Doctrinæ in ſeriem vobis quæ tradita belle
At culpa expliciti iuſti ſeruitis honeſto.
Eloquor humanum ſub carne manentibus ægra.
Ergo velut quondam membris ſeruire libebat
Turpi immunditiæ:ſceleriq; ad crimen iniquum
Sic modo iuſtitiæ donate pianda ſacratæ.
Namq; vbi peccato.placuit ſeruire nocenti:
Non bene iuſtitiæ vos exemiſtis honeſtæ.
Quos igitur fructus licuit tunc carpere factis

Quorū nunc pudeat: quū mors foret exitꝰ horū
Nūc ſcelere exempti domino pareris adepti
Sanctificum fructum vitam pro fine perennem.
Nam ſua peccato ſtipendia morte luuntur.
Sed parit æternum cœleſtis gratia vitam.
Principe munifico Chriſto tribuente beatis.

Oſtendit lege ipſa neminem iuſtificari: q̄ licet ſancta ſit: pct̄m tn̄ .i. fomes carnalis occaſioné inde accepit: vt āplius peccaret cōtra legē: cui interior homo cōdelectat. Cap. VII.

VOs ne fugit fratres (legē callētibus iſta
Eloquor) hāc homīs dn̄ari tēpore q̄to
Viuida pſtiterit? Nā q̄ ſubiecta thorali
Eſt mulier viuente viro: poſt fata prioris
Rite nouo poterit ſociari: & adultera non eſt
Sic etiam exanimes vos deniq; ducite legi
O placidi fratres: faciente id corpore Chriſti
Sitis vt alterius leto redeuntis ab atro:
Fructificādo deo: Nobis quia carne repoſtis
Prædominabatur membris affectio noſtris
Peccati: qđ lege magis dinoſcitur auctum
Fructificando neci Nos autem a lege ſolutos
Letifera: nouitate decet ſpiraminis apta
Nec iam litterula penitus ſeruire vetuſta

Ergo ne ſic legem peccatum aſtruximus? Abſit.
Verum ego peccatum minime niſi lege reſciui.
Quando nec ipſa mihi grauior ſit nota cupido:
Lex niſi dixiſſet: moueat te nulla libido.
At poſtq̄ exhibita eſt occaſio. lege ſuborta:
Tum michi peccatum libitum graue cōgerit oē.
Nā ſine lege quidem peccatū in morte manebat.
Ipſe etenim quondam viuus ſine lege videbar.
Qua veniente mihi peccatum enorme reuixit:
Me ſubeunte necem. Si qđ pro munere vitæ
Ponitur: ad mortem dinoſcitur eſſe repertum.
Nam quia peccato mandati occaſio venit:
Ecce per hoc ipſum me decipiendo necauit.
Lex equidem ſancta eſt: mādatum ediſſero ſāctū
Et iuſtum atq; bonū. Iam quod nos eē fatemur
Immo bonū: nūquid mors ſit mihi triſtior? Abſit
Sed graue peccatū: per rectū: vt pareat: atro
Funere me tetigit. nam ſic offendit abunde
Per bona mandati: quod ſpirituale fatemur.
Sed carnalis ego ſubter peccamina vendor.
Nam quod opus meditor non ipſe itelligo ſane.
Non etenim quod amo rectū: q̄nimo quod odi
Tracto malum: ſi ſpreta gero: conſentio legem.

Eſſe bonam. nec ego facio/ ſed perficit illa
Intima peccati mihi vis ſcio namqȝ vel ī me
Non habitare bonum. de carnę id diſſero ſola.
Nam mihi velle ſubeſt nec recta explere potenti:
Qui neqȝ recta gero laudata: Sed immo maligna
Efficio exoſus. q̄ ſi cōtempta peregi:
Ipſe ego non operor: ſed labes indita nobis.
Comperio ergo mihi legem patrare volenti
Eſſe bonam. ſiquidem nos occupat obuia labes
Condelector enim legi diuinitus ortæ:
Iuxta hominem certe q̄ nobis ītimus inſtat.
Aſt aliam ītueor propriis inſidere membris
Belligeram mentis legi. mę ſæpe trahentem
In macule legem quæ membra ꝑgra recurrit.
O miſerū hūc hominē? quis mę dę corꝑe mortis
Iſtius eripiat? genitori gratia ſummo
Per dominū Chriſtum: cuius deſeruio legi
Mente pia. q̄ q̄ maculę caro legę tenetur.

Oſtendit legem peccati nō nocere his qui ſpiritu facta carnis interemere. qui Chriſto compaſſi ſimul ęternabuntur. nam ſpe glorię ſaluorum infirmitatem ſpiritus chriſti ſubleuat: a cuius charitate fidēdum eſt nun q̄ ſeparari.

Cap. VIII.

# Magiſtri noſtri egidii delfi Carmen.

NVlla tamen ſupeſt iā nūc dānatio mœſta
Diſcipulis Chriſti quos nec mala carnea
ducunt:
Viuifici quoniam me lex ſpiraminis almo
Principe ſub Chriſto peccati a lege neciſq;
Eripuit :quod enim fuit impoſſibile legi
Per carmen inualidę:mittēs bonus auctor alūnū
In carnem aſſimilem carni quæ labe tenetur
Ob mala peccati peccatum in carne ſubegit.
Legis vt in nobis ſit ſanctificatio plena:
Quos caro nulla trahit :ſed ſpūs allicit ęqu⁹.
Nā caro quos agitat carnalia ſola requirūt:
Grataq; ſpiritui ſapiunt ſpiramine ducti.
Eſt etenim carnis prudentia mortis amator.
Sed pax et vita eſt prudentia flaminis apta.
Namq; inimica deo eſt mollis ſapientia carnis
Non legi ſubiecta dei : non apta iugari
Namq; placere deo nequeunt qui carne tenentur.
Quę neq; vos ductat/melior quos ſpiritus ornat
Si modo vos habitat domini ſpiramen amicos
Non etenim Chriſti eſt:vacuus ſpiramine chriſti.
Qui ſi vos habitat :moribundum corpus ob ipm
Diſſero peccatum:ſed vita eſt ſpiritus almā
Propter iuſticiam. Q; ſi modo ſpiritus eius

# In epiſtolã Pauli ad Romanos:

Conſidet in vobis qui Chriſtum a morte vocauit:
Corpora viua dabit vobis mortalia quondam.
Quãdoquidem in vobis regnauit ſpũs almus
Nos igitur fratres certum eſt debere :nec ipſam
Stringimur ad carnem ceu viuere carne deceret.
Namq; ita viuentum mors eſt turpiſſima finis.
Carnea ſed potius ſi flamine facta domatis/
Vita aderit.nam flatus agit genitoris alumnos
Nec modo ſeruitii pauidi ſpiramen habetis:
Sed quo celſa dei ſtabilitur adoptio gnatis:
Qui vocitare ſolent Abba genitorq; p illud
Atteſtatur enim flatus ſanctiſſimus ille
Spiritui noſtro genitos nos eſſe tonanti.
Si liqueat gnato: hæredes eſſe liquebit.
Sic patris hæredes Chriſto numeramur in vnum
Si modo cõpatimur/parilis quo gloria ſurgat.
Nec tormenta puto condigna ego temporis hui⁹
Ad manifeſtandi ſublimia præmia regni.
Namq; creaturæ ſpes et fiducia fœlix
Peruia progenitis pleniſſima gaudia ſpectat.
Nempe creatura eſt vanis obnoxia certe:
Non ita ſponte ſua:ſed ſubiiciente ſupremo
Optima ſperantem .quando redimetur ab arcto

Seruitii imperio :quę nūc corruptio preſſat:
Libertate data patrio ſplendore: decora.
Quippe creaturas nunc vſq; gemiſcere; ſcimus
Parturiendo graues.ſed nos quoq; flaminis almi
Primitiis ſtabiles gemimus pręcordia ſubter:
Stirpis adoptiuę nitidum ſperando decorem:
Corpore cōpoſito:nam ſpes facit inclyta ſaluos
Quam tu ſi videas:ſpes non erit agnita viſu
Cur aliquis ſperet:ſi vero hec abdita firmo
Pectore ſperamus :facit hoc patientia fœlix.
  Inſup ęgrotum releuat modo ſpiritus actū.
Nos etenim fugitat quo pacto orabimus apte.
Sed gemitu nimio pro nobis flagitat ipſe:
Cuius vota tenet ſcrutator pectoris imi:
Congrua nā ſanctis dominoq; probata repoſcit.
Nec dubitamus enim dn̄m pamantibus almum
Omnia cōmodius ſuccedere munere ſancti
Propoſiti accitis.nam quos pręſciuit :alumni
Conformes fieri pędeſtinat inſtat amati.
Vt primo hic genitus multis pręfratribus eſſet.
Inſimul et quotquot pędeſtinat aduocat vltro:
Atq; ita quos vocitat iuſtos facit eſſe potēter
Deniq; iam iuſtos ſtabili ſplendore decorat.
Quid referemus ad hęc :foueat ſi maxim⁹ autor

Quis demum obſtiterit? proprio nō ille pepercit
Munificus gnato: quem nobis ipſe piandis
Omnibus exhibuit. Iam nonne vel omnia gnato
Cum proprio tribuet? quiſnam accuſabit amicos
Omnipotentis heri: iuſtos quos efficit ille?
Quis modo cōdemnet placidos: dū Chriſtꝰ Ieſꝰ
Mortuus āte redit patrię ſub gaudia dextrę:
Et modo pro nobis patrem depoſcit alumnus?
Ergo quis a Chriſti tanto nos vellat amore?
An dolor: an ne fames: anguſtia: ſęua pericla:
Pauperies tunicę: dira inſectatio: nunquid
Terrificus gladius? ſcriptura hęc ante canente.
Quando die toto morimur te propter amatum:
Mactādę reputamur oues: nec viuere digni.
Attamen audentes ſimul omnia vincimus iſta:
Nos peramante deo. ſed enim confido potenter
Nō vitam atqꝫ necem: non angelicaſqꝫ cateruas
Sed neqꝫ virtutes aut principis agmina multi:
Non validum robur: non alta nec vlla profunda:
Deniqꝫ vim nullam diuellere poſſe creatam
Nos ab amore dei: qui Chriſto in principe pollet.

Amorē ſuū in iudęos oſ̄dit, quos dolet dā nari. dei tñ ꝓmiſſa rara eē cōprobat. q non iniuſte alios tā gētiū q̄ iudęoꝝ ad gloriā ordinat. Cap. ix

# Magiſtri noſtri egidii Delfi Carmen.

ELoquor in xp̄o verū :neq; mētior ipſe.
Cōſcia teſtis adeſt michi mēs ī flamīe ſancto.
Cōtinuum eſſe mihi mœſto ſub corde dolorē.
Namq; vel abſciſus pro fratribus eſſe petebam
A chriſto ipſe meis . qui carnis origine certe
Sunt michi cognati : clari iſraelis alumni.
His vt adoptiue genitis ſtat gloria prima:
Teſtamenq; ſacrum : legis quoq; latio dię
Religio illuſtris :promiſſa : pijq; parentes:
E quibus exoritur pro carnis germine chriſtus:
Qui deus eſt vere benedictus in omīa ſecla.
Nec tamē eloquium ſic exit inane tonantis.
Non etenim cunctos ex iſraele notatos
Iſraelitas habeas :nec ſemen Habrami
Progeniē omnino propriam.quinimo vocādū ē
Semen ī Iſaco tibi. ſic neq; carnis alūnos
Continuo gnatos acceperis eſſe tonantis.
Quin potius ſobolē promiſſam in ſemīe ducas.
Hoc enim verbum promiſſi eſt ; tempus in iſtud
Adueniam .ſaręq; tuę gignetur alumnus.
Nec modo promiſſū tulit hęc .S; & ip̄a Rebecca
Dum parit Iſaco noſtro patri illa gemellos.
Quis necdum genitis nec per bona facta ꝓbatis:

Aut mala (quo maneat diuini electio firma
Propoſiti) non propter opus: ſed ſponte vocante
Orbis hero: dictum eſt pariturae exinde rebeccae
Maiori ſeruire minorem. vt ſcriptio ſignat:
Sic Iacobus erat placidus mihi/fratre repulſo.
Quid modo dicemus: Dn̄m ne putemus īiquū?
At minime. Moſi nam talia diſſerit ipſe.
Cōmiſerebor ego mea quē miſeratio ſeruat.
Me dabo clementē cuius miſereſco lubēter:
Non igitur currētis erit/non vſq; volentis:
Sed miſerentis heri. Pharaoni nāq; refertur.
Ecce ego ꝑpterea te ſuſcito vt edere poſſim
Virtutem ſic ipe meā: nomēq; per orbem
Efficiam eximius. cuius vult ergo ſupmus
Cōmiſeretur herus. quē vult indurat & ipſe.
Iam mihi: quid (dicis) poterit reſtare querelae?
Nempe voluntati qs ſummae obſiſtere poſſit?
Stulte homo: tu qs eris dominū reſpōſor ad altū.
Nunquid enī figulo figmentū hoc dixerit vllū:
Cur ita me fingis? cur non vas illud honori
Vas hoc dedecori maſſa producat ab vna?
Qui ſi (quādo ſuā vult pādere conditor iram
Atq; poteſtatem) mortalia vaſcula digna.

Irarũ exitio patiẽs bene ſuſtinet author:
Splendoris quo pandat opes in vaſa decora:
Quæ miſerans altis aptauit ſedibus olim?
Quos equidem vocitat nõ tantũ ex germie Iudæ
Immo etiam vates de gentibus infit Oſeæ.
Non propriã plebẽ/ꝓpriam mihi dixero plebẽ:
Nec prius acceptam/placidam mihi dixero tandẽ:
Et venia vacuam/venia vocitabo beatam.
Quoq; loco dictũ eſt non plebẽ exiſtere noſtrã:
Hic domino viuo proprii dicẽtur alũni.
Inſup Eſaias pro Iuda talia clamat.
Si tam magna foret iudeæ copia gentis
Aequore quot toto bibulæ verſantur harenæ?
Relliquiæ ſaluæ venient. conſummat in æquo
Eloquiũ et breuiat quod terrã agit author ĩ oẽm.
Et(velut Eſaias cecinit)niſi maximus author
Semen hebræorũ populo liquiſſet amato:
Aſſimiles ſodomis fuerant/arſæq; gomorræ
Quid modo dicemus? certe nõ ante ſecutæ
Iuſtitiam gentes hanc apprendere ſubertam
Ex fidei titulo. Sed plebs hebræa ſequendo
Iuſtitiæ legem non ſic ꝑuenit in illam.
Cur ita? nam factis fidei tribuere decorum:

Quando offendiculi lapidem tetigiſſe notantur.
Ecce offendiculi petram propono Sioni:
Cui bene fidentem confuſio nulla mouebit.

Amorē ī ſuos cōtinuū oñdit:ſʒ indiſcretos fidei non obedire:dū finem legis ignorant xp̄m: idq; futurū fuiſſe vatum p̄dictiōe cōfirmat. Cap.X.

TOta mei fratres animi ſincera voluntas
Aſſiduis votis horum eſt intenta ſaluti.
Quos ego ꝑ dño fateor feruere:nec apte:
Quando nec æqua ſciūt:qm̄ quibus agnita nō eſt
Iuſtitia alma dei.propriam ſtatuendo ſupernæ
Iuſtitiæ minime cognouimus eſſe iugatos
Legis enim meta eſt Chriſtus credentibus:aucta
Iuſtitia cunctis:Nam Moſes talia ſcribit.
Legitimum iuſtum peragens hoc viuet in orbe.
At de iuſtitia fidei ſic diſſerit idem.
Dicere corde tuo noli:quis ſcandet in alta
Culmina cœlorū? quod erit deducere Chriſtum.
Nec referas in corde tuo:quis adibit abyſſi
Infima? ſic etenim Chriſtū reuocabis ab vmbris.
Sed qd adhuc nobis monimēta ſacrata loquūt?
Te penes eloquiū ē:nec ab ore/aut pectore diſtat.
Verbum hoc eſt fidei qd̄ nos reſonamus ad oīs.
Si namq; ore tuo dominum fatearis Ieſum:
Et credat in corde tuo de patre relatum

Ad ſuperos:non te dubites euadere ſaluum.
Namq; ad iuſtitiam de pectore creditur imo:
Ore ſed exiſtit confeſſio plena ſalutis.
Sic neq; confundi credentem eſt ſcriptio nota.
Quando nec hebræi ſuperant diſcrimie græcos:
Vnus enim rector dominatur opimus in omnes
Qui vocitare ſolent.Sed quis tamen inuocat illũ
Qui neq; crediderit?quis credere poſſit in illum
Qui minime audierit?ſed qualiter abſq; profante
Quiſq̃ audire poteſt?iam qualiter alta loquetur
Qui neq; miſſus erit?ceu ſcriptio ſancta notauit.
Q; ſpecioſa quidem veſtigia pacis honorem
Ac bona geſtantum.ſed non accedere cunctos
Sancto euangelio ſic Eſaiaſq; probauit.
Ecce quis auditum recipit deus optime noſtrum?
Ex auditu igitur fidei perſuaſio prodit.
Atq; fit auditus per Chriſti nobile verbum.
Sed quid ais?nũquid non audiuere?ſed immo
Illorum ſonitus terram proceſſit in omnem:
Verba ſub extremos abiere ſacerrima fines.
Sed quid adhuc?nũquid iã nõ agnouit hebræus
Primus ait Moſes:non genti vos ego tradam
Inuidiæ:ſtulto vos irritabo popello.

Conſonus Eſaias præclaro ediſſerit auſu.
Sum compertus ego non veſtigantibus vltro:
Clarus & emicui me non rogitare ſuetis
Iſraelem equidem ſic eſt affatus & ipſe.
Ad populum palmas expandi tempore toto
Non mihi credentem: ſed duro corde rebellem.

Oſtẽdit deũ nõ reppuliſſe hæreditatẽ ſuã: & poſſe iudæos aſſumi: q̃d poſt gẽtiũ plenitudinẽ fiet ab eo q oĩa in ĩcredulitate cõcluſit vt oĩm miſereatur Sed tã ꝓfũda myſteria incomprehenſibilia eẽ ꝓclamat. Ca. xi.

DIco igit: ppl'm ne ſuũ iã repulit author?
Non ita. namq; & ego de ſemine natus
Habrami
Iſraelitam me nõ nego: quẽ dedit illis
Beniamina ea tribus. plebẽ non reppulit author
Quam ſibi præſcierat. Scitiſne quid inclyta dicat
Scriptio de Helia: quando vocat ipſe tonantẽ
Contra Iſraelem? Deus optime maxime: vates
Occidere tuos: ſuffoſſis funditus aris.
Solus ego repetor morti. Sed quid deus ille?
Milia ſeruaui mihimet ſeptena virorum:
Qui minime Belum genibus coluere reflexis.
Sic quoq; relliquiæ venient hoc tempore ſaluæ:
Quas ſtabilita dei legit ſibi gratia ſummi
Quod neq; iam tribuas operi: quum gr̃a præſtet

Quod ſi operi tribuis: iam gratia: gratia non eſt.
Ergo quid? hebræi voto fruſtrantur amœno?
Electi tenuere ſuum. Sed pectore cæco
Durauere alii. Ceu littera ſancta canebat.
Tradidit ecce deus pungens ſpiramen in illos:
Lumina: ne videant: aures? ne diſcere curent
Tēpus ad hoc noſtrum. Dauid quoq; teſtis habet
Talibus in laqueum veniat ſua menſa. ſubintret
Triſte offendiculum. Sit captio: dignaq; merces.
Lumina caligo teneat: dorſumq; recurua.
Quæro igitur: nūquid ſic offendere maligne
Vt penitus caderent? minime. Sed crimine Iudæ
Gentibus orta ſalus: vt norma ſit æmula Iudæ.
Q; ſi diuitiæ mundi ſunt error iniquus:
Q; magis illorum pleniſſima verſio proſit?
Hoc etenim o gentes ego veſter apoſtolus inquā:
Iura miniſterii ſic amplificabo decori:
Aemula quo noſtri veniat mea natio lucro
Parte deo ſalua. Si nāq; amiſſio mundum
Iſta reconciliat: quænam eſt aſſumptio demum
Præter ab extremis vitam ſub morte tenebris?
Primitiis ſanctis: etiam conſperſio ſancta ē.
Tu qui nunc oleaſter eras: poſt inſitus illis:

Radici ſocius/pinguiq; emergis oliuæ:
Gloria non moueat iam te ramalia contra;
Si moueat: non tu radicē aſt illa tenet te:
Qui iam nūc oleaſter eras/poſt inſitus illis
At referes: fracti ſunt rami: implāter vt ipſe.
Et bene. ſunt fracti: domino quia credere temnūt.
Stas etiā ipſe fide: noli nunc alta putare:
Immo time potius nam naturalibus author
Si minine parcit ramis: tibi parcere forte
Non velit. Ergo bonū videas hunc/atq; ſeuerū.
Iuſta ſeuerus agit lapſis. in teq; benignus
Cernitur: in tanta ſi tu bonitate manebis:
Nam ſimul excideris variās: illiq; relicto
Pectore durato/ rurſum in radice ſerentur.
Nam potis inſerere eſt iterū deus optimus illos
Ex oleaſtro etenim natiuo exciſus/oliuæ
Si pingui inſereris: quāto magis apta caterua
Munere naturæ propriæ ſocientur oliuæ?
Hoc ego ſecretum fratres vos noſe latere:
Ingenii proprii ne vos prudentia fallat.
Hebræus partim tenebris inuoluitur atris:
Copia dū veniat gentilis: & omnis hebræa
Natio ſic valeat. Ceu littera ſancta notauit.

# Magiſtri noſtri egidii delfi Carmen.

Magnificus veniet ꝓtector ab arce Sionis:
Impia qui dirimens/Iacobum a crimine ſoluet.
Hoc dabo teſtamen/quando malefacta reſcindā.
Sunt euangelici vos propter/apertius hoſtes:
Quos tamen efficiet placidos electio patrū.
Namq; deū doni nō pœnitet:atq; vocaſſe
Nō piget. Ac veluti vos quondā incredula turba
Nunc veniā accipitis/necdum credentibus iſtis:
Sic mouet hos minime miſeratio maxima veſtri:
Vt veniat tandem miſeratio dulcior illis.
Cluſit enī cūctos/incredulitate ſub acri
Tam ſapiens author:miſereſcat vt omnibus idē.
O prægrandis opum nimiūq; inſignis abyſſus
Notitiæ/mentiſq; dei. Q; condita pſtant
Iudicia æterni? Ratio eſt abſtruſa viarum.
Nempe quis ingenio mentē cōprenderit altam?
Aut fuit illius quis conſiliarius vnq̄?
Quisve prior tribuit dn̄o:quo reddat et ipſe?
Quādoquidē ex ip̄o ſunt oīa:ſuntq; p ipſum:
Sunt vel in hunc. Ipſi ſit honos/& gloria clara.
Secula q̄ duret feliciter omnia:vere.

Superaddit gn̄alē morū doctrinā. vt corpibus ī hoſtiā ſctām exhibitis nō ſclo:ſed nouitate ſpūali reformemur:modeſte ſentiēdo nō vindicādo: pacē etiā obſeruādo & oib⁹ bn̄ agēdo:& reliq̄ .Ca.xii

In epiſtolam Pauli ad Romanos.

OBſecro vos frēs dn̄i miſerātis honore
Corpora vr̄a deo pſtetis vt hoſtia fiāt
Viuida: ſctā: placēſq; pr̄i. rōne rogat
Religionis opus: nec vos effingite mundi
Moribus aſſimiles. mentis magis apta reformet
Vos nouitas pure ſtudioſo corde probantes
Quę ſit honeſta dei placida & perfecta volūtas.
Omnibus hoc refero quando eſt mihi gratia tāta.
Ne ſentite ſupra q̄ congruet atq; requiret
Sobrietas: fideiq; decens menſura ſuprem⁹
Quam partitur herus. Nam corpore ſicut in vno
Plurima mēbra manēt nec eūdē intenta ſub actū.
Sic multi in chriſto corpus conſiſtim⁹ vnū:
Vnus & alterius pulchro ſimul ordine membra:
Conſpicui donis vario pro munere dignis
Seu fidei quem q̄ ferat ęqua proportio vatē
Siue miniſterium quis ſumpſerit arte gerendum.
Sicq; habilis doctor doctrinam exerceat aptam.
Hortatoriq; potens exemplo hortetur honeſto.
Donaq; diſtribuens in ſimplice mente placebit.
Quiq; pręeſt aliis curam gerat arte decorā:
Quiq; miſertus erit hilari ſe pectore pręſtet.
Fictio nec mendax optatum offendat amorem.

Et vicium exoſi virtuti incumbite dignę.
Diligite ex animo fraternum ſemper amorem.
Inq; vicem merito vos pręueniatis honore.
Mittite pigriciem :feruor ſpiraminis adſit.
Inſeruite deo:ſpes optima gaudia firmet.
Rebus in aduerſis animoſi intendite votis.
Commoda largiti ſanctis inducite dignos
Hoſpitio.infenſis animo benedicite lęto.
Sic benedicetis: nec erit maledictio cordi.
Cum lętis hilares:cum flētibus eſſe dolentes
Vnanimes ſenſu ſublimia rite cauete.
Pectore cōcordes humili nolite putare
Egregiam vobis mentem. nulliq; malignū
Reddite pro noxa .ſit prouida cura bonorum.
Nec modo quę domino placeat mortalibus:ímo
Complaceat cunctis .Et ſi permiſerit ordo
(Quantum erit in vobis)omnes in pace fouete.
Atq; nec vlciſci placeat :ſed protinus irę
Cedite.Nam iuſſū eſt:mihi ſtat vindicta malorū.
Ipſe ego rettribuam :domini ſunt verba ſupręmi.
Quin cruciante fame panem prębebis & hoſti.
Si ſitiat :potu foueas : ita namq; gerendo
In caput illius carbo tibi flāmeus exit.

Nec mala te ſuperēt :ſed per bona vince malignū

Obedientiam & humilitatē ꝑcipue docet: quā ſubiecti prępoſitis debent ęterna ordinatione.

Cap.xiii.

IVre poteſtati ſe ſubdere cōgruit altę
Omnē aīam :nāqꝫ ē dño ſtatuēte ptās
At deꝰ īſtituit nihilū nō ordie pulchro.
Sicqꝫ patrans ſceptro contraria nititur almi
Principis in normam .normę quicunqꝫ ;reſiſtit
Dāna ſupręma ſubit .nec enim ſūt ſceptra timori
Iuſticię cupidis: ſed ſontibus. Ergo timere
Vis minime ſceptrum:fac recte :et laude politum
Te ſtatuet. princeps dñi eſt ad iuſta miniſter.
Si facis ęgra:time.nec enim gerit ille mucronem
Fine malo.ſummi nam principis ille miniſter
In ſcelera eſt vindex:quę iuſta exterminat ira
Ergo opus eſt ſubdi:non tantū ob vindicis iram,
Sed ſimul et mentem:quę recti conſcia paret.
Ergo tributa quidem ducibus perſoluitis altis
Seruitio ergo dei promptis.ſic reddite cunctis
Debita .cuius erit cenſus:perſoluite cenſum.
Reddite vectigal dño .ſeruate timorē
Si metuendus erit . ſit honos tibi iure verendis.

Vos nulli debere aliquid:Sed ſemꝑ amate.
Legis enim pręcepta tenet cui frater amatur.

Nam ꝙ adulterium furtumq; cauere iubemur.
Humanamq; necem falſi ſcelus atq; malignum
Appetere: atq; aliud mãdatum: hoc dantur ĩ vnũ
Quem tibi iure velis / fratri pręſtabis amorem.
Noxia non agitat proprij dilectio fratris
Ergo decorus amor plena eſt pfectio legis.
Hoc igitur tempus quo ſomno exurgere p̄ſtat
Iam bene callentes certa propiore ſalute
Q̄ fidei exortu primo: dum nocte repulſa
Lux oritur: fugiamus opus caliginis atrę.
Splendiduliſq; armis tecti verſemur honeſte
Luce ſub eximia: non per cõuiuia fœda:
Aut potum ęgregium: nec iniqua cubiliq; tracti/
Carnis et illecebras: nec ſit contentio cordi:
Aemula vis abeat. Sed veſtem aſſumite chriſti.
Neue ad delicias: carnalem extendite curam.

A temerarijs iudicijs ac fraterno cõtemptu atq; offẽdiculo cauere præcipit. Ca. xiiij

Rite iuuãdus erit tenui qui robore credit.
Nec mentẽ afficiat dubii trepidatio ſenſ9
Sunt eteni quib9 ẽ nũc oia mãdere certũ
Non alius tam audet. Sed holus: ſic cõgruit ęgro.
Mandere cui placuit nõ tempſerit ergo negãtẽ.

Ipſeq; non mãdens minime cenſebit edentem.
Quũ deus addat opem. quis enim diiudicet apte
Alterius ſeruũ? domino ſtat: decidit illi.
Immo quidem ſtabit: poterit quem ſiſtere rector.
Ecce dies inter diſcernit et alter in illis
Vnde dies omnis alter putat eſſe cauendum.
Sic proprio cuncti ſenſu ad meliora trahantur.
Iamq; diem ſapiens / dño ſapit ipſe potenti.
Mandere ꝑcupiens dño ſe mandere nouit.
Cui pagit grates. et qui magis abſtinet almo
Abſtinet: et grates pagit. nec enim ſibi viuit
Aut moritur quiſq̃. quoniam ſi viuimus: almo
Viuimus: et morimur dño: dum fata ſubimus.
Ergo ſumus domini: ſeu viui ſiue ſepulti.
Ergo etenim Chriſtus moriens poſt fata reuixit.
Vt ſimul inviuos dominetur et aere caſſos.
Cur igitur fratrem cenſes: aut deniq; temnis?
Stabimus ętereum cuncti ſimul ante tribunal.
Quod monumenta ꝓbãt. nam talia maxim⁹ ĩſit.
Si viuo: omne genu ſeſe mihi flectet: et omnis
Lingua dabit laudem. Sic de ſe cuiq; ferenda eſt
Ante deũ ratio. non amplius ergo viciſſim
Iudicium demus: Sed plus curate decenter

## Magiſtri noſtri Egidii Delfi Carmen

Fratri offendiculum ne vos agitetis amãdo.
Nam ſcio confidoqꝫ ſatis de dogmate Chriſti
Eſſe ꝑ hunc cõmune nichil: niſi tale ſit illi
Qui cõmune putat. qꝫ ſi pro vilibus eſcis
Angere vis fratrem: non recto incumbis amori.
Non epulis perdas pro quo ſanator obiuit.
Nec veſtrum ęgra bonum ſic execratio ledat.
Quando nec eſca dei regnũ eſt/ nec potio noſtra:
Pax et iuſticia eſt et gaudia flaminis almi.
Chriſticola hęc cupiens dño cũctiſqꝫ probatur:
Pacificos igitur ſectemur ad omnia ductus:
Integra ſeruantes quę ſunt propiora ſaluti
Nec dapibus pereat diuinum opus, omnia mũda
Diſſero. Sed ſcelus eſt mãdendo offendere frem.
Vt carne abſtineas/vt vino: vt deniqꝫ cunctis
Quę fratri officiant ęgro: laudabile credas.
Quanta fides tecũ eſt eadem ſit grata tonanti.
Ille beatus erit qui ſe non iudicat ipſum
Recta probando ſibi. Sed qui diſcernit edendo:
Triſtia damna ſubit fidei de calle remotus.
Noxa patet quodcunqꝫ fide non prodit ab' ipſa.

Sequitur caput. xv.

Moralem implens prçceptionem debilium morbis occurrere: illiſq; placere ad profectum: non nobiſipſis docet vt vnanimiter honoretur deus: tam iudçorum q̃ gentilium in quos ſuum officium conſũmat: ſalutari inſtitutione & pro ſe ad charitatem communem implendam orari obſecrat. Capitulum .xv

FErre equidem morbos ęgro ſub corde iacentem
Par fuerit validis: nec nobis velle placere
Sed fratri ad melius placeamus & apta ſaluti.
Nam ſibi nec Chriſtus placuit. ſed carmine cõſtat
Maxima probra dei ſuper hũc cecidiſſe benigni.
Omnia ſcripta prius nobis ſunt ſcripta docendis.
Vt ſtabilis ſemper patientia. quęq; ſacratis
Proueniũt ſcriptis ad ſpem ſolamina proſint
At deus vnde oritur patientia totaq; virtus
Solatrix faciat Chriſto vos apta tenere:
Vt ſimul vnanimes vno laudetis & ore
Eximium Chriſti patrem regnantis Ieſu.
Excipite ergo omnes ceu vos accepit honorem
In patrium Chriſtus. Nãq; hũc affirmo miniſtrũ
Certus hębreorum: patrũ vt promiſſio ſtaret
Veraci orta deo: gentes miſeratio cogit
Eſſe deo gratas. quod ſcriptio comprobat alma.

Ergo tibi laudes cantabo in gentibus author.
Sic quoqꝫ cum populo gentes lętentur amico.
Iamqꝫ iterum:grates domino depromite gentes:
Et populi cuncti.ſimul Eſaiaſqꝫ profatur:
Surget ieſſę germen radicis in omnis
Imperitans gentes : qui ſpe ducentur in illum
At deus ipſe ſpei noſtrę vos impleat omni
Lęticia:pacemqꝫ ferat credentidus almam:
Creſcat vt in ſancto ſpes flamine dignaqꝫ virtus.
Fiſus ego fratres vos arte & amore potentes
Recta monere ſcios conſcripſi audentius iſta:
Gentibus inſtituens me Chriſti inſtare miniſtrū.
Vt ſacra verba dei ſtabilirem: & ſurgeret horum
Victima grata deo:ſacro in ſpiramine fixa.
Ergo mihi in chriſto eſt diarum gloria rerum.
Nam neqꝫ fando auſim turgenti attollere voce
Quę dominus per me non efficit .immo peregit
Grandia lucranda pro gente : per optima verba
Factaqꝫ prodigiis ſigniſqꝫ probata ſtupendis
Flaminis in ſancti virtute. Et dogma ſacratum
Vſqꝫ ſub illiricum ſolimis eduximus altis:
Circum errando locos:vbi nemo inſtruxerat āte:
Ne peregrino agerer fundamine .Sed ſacra ſtaret

Scriptio:conſpicient qui nuncia nulla tulere.
Et plane accipient quibus olim audire negatur.
Hæc me cauſa moræ vos nondũ inuiſere mouit.
At modo perfunctus(qđ multos opto perannos)
Cernere vos animor. Si quãdo petamus hiberos:
Spero ego præteriens per vos deducier illo:
Ante ſed impletus vobis:nunc ergo reuertar
Ad ſolimos:ſanctis iuſta mercede fouendis.
Nam macedum gentes/& achaica regna probãt
Mittere pauperibus ſtipendia congrua ſanctis.
His etenim debent. Nam ſpiritualia quorũ
Accipiuut gentes merito his carnalia reddent.
Hoc fructu exhibito/per vos hiſpana videbo
Regna. nec vſq; latet benedictio quanta moretur
Nos romana quidem. vos ergo efflagito fratres
Per dominum Chriſtũ:per flaminis intima ſacri:
Vt precibus veſtris domino commẽdet opimo:
A fidei infeſtis vt me tueatur hebræis:
Obſequiiq; mei ſit grata oblatio ſanctis
Qui degunt ſolimis:vt letum ampliſſim⁹ author
Me tribuat vobis ſolandum affamine fido.
Vos deus æternæ foueat ſibi pacis amicos

Capitulum.xvi.

Argumentum.

In morum complementum vt imitandos iuſtos proponit:ita turbatores vitandos:deniq; iter ſalutatiões Chriſtianas gratiarũ infert dictionẽ:atq; in beniuolẽtia vnde ceperat litteras finit. Ca.xvi

DEniq; cõmẽdo phœbẽ cũ laude ſororẽ
Obſequio aſſuetã.cenchris credẽtibus apto.
Excipi te hãc alacres:vt par ẽ ducere ſanctos.
Si quibus indigeat:non officioſa negate.
Nam tulit auxilium multis illuſtreq; nobis.
Priſcillam atq; aquilam merita decorate ſalute
Auxiliatores Chriſti pro nomine fidos
Auſos ceruices pro noſtra exponere vita.
Quis neq; ſolus ego grates:ſed credula tota
Concio gentilis peragit domuiq; fideli.
Vos & Epheneto placidam ſignate ſalutem
Primitiis aſiæ:Mariæq; labore probatæ.
Iulia & Andronicus valeat cognatio noſtra:
Captiuiq; ſimul quos laudat apoſtolus omnis
Me citius fidos.dilectũ in principe Chriſto
Pręcupio ſaluum/quẽ nomine noſcitis Amplo:
Vrbanumq; bonis facilem. Stachinq; placentem
Atq; probum in Chriſto ſaluere iubemus Apellẽ:

Quos et ariſtoboli retinet domus optima clari.
Sic mihi cognatus Herodion ipſe valebit:
Narciſiq; domus fluuio recreata ſalubri.
Atq; Triphoſa ſimul ſtudioſæ adiũcta Triphenæ
Perſida ſaluebit chariſſima plena laborum.
Sic placidum Ruffum decorate: piamq; parentẽ
Ipſius atq; meam titulo recreate ſalubri.
His Aſineretum Phlegontã laudibus Hermen
Patrobam atq; Herman ſocioſq; ornate fideles.
Iulia Philologus: Nereuſq; / ſororq; valebũt.
His et Olympiaden comiteſq; adiũgite ſanctos
Oſcula ſancta ſimul dabitis gaudendo viciſſim.
Chriſticolæ populi vos cuncti ex corde ſalutant.
Obſecro vos: illos quibus eſt diſſenſio cordi
Atq; offendiculũ quod abeſt a dogmate ſancto
Obſeruate malos: nec vos miſcete cauendis.
Non etenim dño Chriſto ſeruire probantur:
Sed cupido ventri. qui per dulciſſima verba
Per reprobas laudes inſontia pectora fallunt.
Veſtra quidem pietas totũ indignatur in orbẽ:
Vnde ſatis recreor. Sed vos prudentia firmet
Ad bona: ſimplicitaſq; malæ non afferat arti.
Pacificus rector ſubter veſtigia veſtra

Magiſtri noſtri egidii Delfi Carmen.
Dæmoniũ citius terat. atq; ſacerrima Chriſti
Gratia vos habitet. Vos Timotheuſq; ſalutat
Optimus adiutor: vult Lucius: hoc et Iaſon:
Soſipaterq; mihi cognati. voſq; ſaluto
Tertius/hæc ꝓpria ſcribens dictamina dextra.
Hoſpes idem Caius rogitat/fidiq; ſodales.
Conſonus Eraſtus ſimul eſt arcarius vrbis:
Quartus item frater. Foueat vos gratia Chriſti.
Deniq; rectori cunctos ſtabilire potenti
Iuxta euangeliũ noſtrum Chriſtiq; loquelam:
In timore ſacro nobis in tempus aperto
Temporibus tacito æternis nunc ecce patente
Carminibus vatum: dño reſerante ſupmo:
Vt fidei gentes patulæ perduceret omnes.
Vera deo ſoli ſapienti ex nomine Chriſti
Gloria creſcat/honoſq; in ſecula maximus. Amẽ

Finitur Epiſtola Pauli Ad
Romanos Ab Egidio
Delpho cantata.

# Queſtio de iurē curatorū & mēdicātiū

Pro lite ſedāda inter Curatos Gādenſes & religioſos quoſdā diſputata eſt hæc q̄ſtio theologica ſub magiſtro Egidio Delpho in tēplo diui Ioānis: ꝓximo poſt aſcēſionē die: hora ſeptima mane. Anno. M.DVIII.

## Vtrū fratres mēdicantes virtute priuilegii fiant proprii ſacerdotes. Queſtio

Sicut apoſtolis a chriſto in ordine ierarchico iſtitutis ſuccedūt epi: Ita ſeptuaginta duob⁹ diſcipulis ab eodē iſtitutis ſuccedūt curati : quos paulus paſtores appellat: q & tito pręcepit vt pręſbyteros ꝑ Ciuitates conſtitueret. prima ꝓpō Secunda.

Vrbano ſecundo placuit vt deinceps nulli ſacerdotum liceat quemlibet alteri commiſſum ad penitētiam ſuſcipere ſine eius conſēſu cui prius ſe commiſit: niſi pro ignorantia illi⁹ cui pri⁹ cōfeſſus eſt. Tertia

Innocentius terti⁹ in cōſilio generali ordinauit vt ſi proprius ſacerdos prudētiori conſilio indiguerit illud abſq; vlla expreſſione perſonæ caute req̄rat. Et p̄cepit vt omnis doli capax ſaltē ſemel ī anno : proprio ſacerdoti confiteatur & ad minus in paſchate cōmunicet niſi forte de ꝓprii ſacerdotis conſilio ex rationabili cauſa differret. Alioqn & Quarta viuus ab īgreſſu eccleſię arceat̄ / & moriēs xp̄iana careat ſepultura. Priuilegiū de audienda cōfeſſione minoribus & pręditatoribus per Clementinā dudum conceſſū in hoc reſtringitur q̄ numerus fratrū epiſcopo præſētandorum eſſe debet prout vniuerſitas cleri & populi ac multitudo vel pauci

tas exigit eorundē. Secūdo ī hoc reſtringit̄ q̄ nō
debēt deputari p̄ ꝓuincias ſed p̄ ciuitates & diocœ
ſes. Tertio q̄ extra ciuitates & diocœſes ī qb⁹ fue
Quinta. rint deputati cōfeſſiōes nullaten⁹ audiāt: qd̄ tamē
ꝓpriis ſacerdotibuſ licet. Quarto ī hoc reſtringit̄
Sexta q̄ poteſtatē p̄ hoc nō accipiūt ampliorē q̄ curatis
ē a iure cōceſſa niſi p̄lati ſpecialē gratiā faciant.
Septima. Quīto ī hoc reſtrīgit̄ q̄ nō cōcedit̄ fratrib⁹ audire
cōfeſſiones volētiū libere niſi & licite et ſaluo iure
Octaua. parrochialiū ſacerdotū: qd̄ ibidē cōfirmat̄ poteſta
tē ipſorū ordinariā pręferēdo/ & libertatē fratrib⁹
Nona conceſſā reſtringēdo: his verbis· Parrochialiū ec=
cleſiarū curatis ſiue rectorib⁹ q̄ miſtrare habēt ec
Decima cl'iaſtica ſacramēta noſcit̄ de iure cōpetere p̄dicare
ſiue ꝓponere verbū dei & cōfeſſiōes audire fideli
Vndecima. um. Propri⁹ ſacerdos ſecūdū decretalē oīs vtriuſ
qꝫ ſex⁹ is demū cēſēd⁹ ē cui ſaltē ſemel ī āno cōfi
Duodecia tēdū ē/ Aut licētia petēda & obtinēda ē ab eodē vt
iuſta de cauſa alieno fiat cōfeſſio ſecūdū mētē eiuſ
dem decretalis. Iuxta decretalē oīs vtriuſqꝫ ſex⁹
ꝓpri⁹ ſacerdos ē paſtor ſiue ſacerdos parrochialis
& q̄dē ī caſib⁹ nō reſeruatis. Mēdicātes virtute
priuilegii nō ita fiūt ꝓprii ſacerdotes vt oporteat
eis ſaltē ſemel ī anno cōfeſſionē fieri.

Mēdicātes virtute priuilegii nō ita fiūt ꝓprii ſacer
dotes vt de eorū cōſilio ob aliquā cauſā rationabi
lē ad tēp⁹ a cōmuniōe paſchali abſtinere oporteat

Mēdicātes virtute priuilegii nō ita fiūt ꝓprii ſacer
dotes vt ſi quis iuſta de cauſa alieno velit cōfiteri
licētia pri⁹ poſtulāda ſit & obtinēda ab eiſdem.

Quis oī fraude remota nō teneat̄ q̄s eadē pc̄tā ite

gre & rite cõfeſſa iterũ cõfiteri: Si tñ iterũ cõfiteaṫ nõ fit iiuria ſacramẽto qnimo ꝑpter erubeſcẽtiã ſalubriter fieri poteſt. Cõfeſſus fratri priuilegiato nõ ſatiſfacit Canoni oĩs vtriuſqꝫ ſexus quin ſaltẽ ſemel i ãno confiteri teneaṫ ꝓprio ſacerdoti iuxta ſẽtentiã cõſilii generalis. preceptũ ẽ religioſis vt talia q̃ a decimarũ ſeu aliaꝝ rerũ eccleſiis debitarũ ſolutiõe audiẽtes retrahãt vel aliter aĩas corrũpãt audiẽtiũ p̄dicare nõ auſint. Immo decimarũ ſolutionẽ certis tꝑib⁹ quotiẽs ppl'o predicabũt ſi ab eccleſiarũ rectorib⁹ reqſiti fuerit ſub iterminatiõe maledictiõis ęternę p̄dicare tenenṫ. Et ſi cõtra decimarũ ſolutionẽ p̄dicare pręſumpſerint excõmunicati ſunt ipſo facto.

## Corollarium reſponſiuum

Fratres mẽdicãtes virtute priuilegii nequaq̃ fiunt proprii ſacerdotes.

Ex decreto reuerẽdi in xp̄o prĩs: ep̄i Troncecẽ. in omni iure doctiſſimi: Caroli & Alto boſco.

## Defenſio delphica pro cleri flandrñ. libertate quũ apd̄ brugas petteret ſubſidiũ: rege Caſtellę hiſpanias adituro.

Euerẽde in xp̄o prĩ/ & vos regię maieſtatis ſaluete. Sũmi pricipis ſucceſſor/apl'orũ atqꝫ adeo oĩm pricipis Petrus vt vice I petri j xp̄i oĩs ad pacẽ a duce p̄ceptã hortareṫ: nõ ſolum verbis ſed etiã ſcriptis xp̄ianũ gregẽ erudiuit. Inṫ ad ſeruos dei hmõi p̄ceptũ iterſeruit. Chariſſimi tãq̃ liberi/nec tãq̃ malicię velamen habẽtes li-

bertatē:ſed tāq̄ ſerui dei:deū timete:regē honorificate. Itaq3 q regē honorādū cēſuit:dei timorē ꝑpoſuit. Et ſeruis dei libertatē ſolidā eē voluit:cu-
I.petri ij ius ſolū abuſū eis īterdixit Inclytū igiṫ regē & principē noſtrum clemētiſſimū honorificātes gr̄as illi agim⁹ q̄ꝓ priuiligia nr̄a ſalua nobis eē cupit/&poti⁹ augere q̄ minuere velle ꝓnūciat. Inter q̄ maximū ē id qđ ē libertatis:vt ſę ab oī īpoſitiōe liberi ſit & ſacerdotes/&q̄ eoꝝ ſūt. Igiṫ quātū ad hāc partē iterū atq3 iterū gr̄as agim⁹ ſperādo oēm libertatē nobis fore ſaluā. Ceterū q̄ꝑ ꝓ obediētia pōtifici Romano ꝑſtāda ꝑ legatos cū aulicis eq̄tibus vſq3 ad numeꝝ cētenariū ſūmā. C.M. librarū turoneñ. peti ītelligim⁹: vt libere loquar (ſaluo ſꝑ regię maieſtatis honore) nō cōſētit clerus petitioni:tū ꝓpter grauamia p̄terita tū ꝑꝑ q̄tidiana tū ꝑꝑ īminētia/tū ꝑꝑ alias cās. q̄ q̄dē grauamia vel ēt cauſas(niſi longū videbiṫ)cōceſſa libertati libēter enarrauim⁹. Et primū q̄dē manifeſtū ē. nā p̄ter nouiſſime cōceſſā pricipi/nūc regi nūmoꝝ eccl'iaſticā collationē ꝓ pace. Ep̄i tornaceñ. pariter & cleri q̄plurima expēſa ſūt quā q̄dē pacē nec adhuc obtētā videmus nec q̄n obtineam⁹ ſuſpicari poſſum⁹:pręterea q̄tidianas exactiōes plęriq3 nr̄m īſtar laicoꝝ ſoluim⁹ ita vt vix religioſi aut vlli ſacerdotes ſua libertate plene vti poſſiṫ. Tertio maiori ex cā breuiter dādū videbiṫ Ep̄o vł pace obtēta:vł nō obtēta. qđ time m⁹. Quietiā deuitāda ē hmōi ſeq̄la q̄ i eccl'ię grauamē ēt i futurū cedere poſſet maximū. Q uę p̄rimoniū Chriſti ita demū habet vt ad paupū ſuſtē

tationē(ſi qd reſiduū ē) eroget. Quapp̄t & ſacro ſāctū cōſiliū ex ſpū ſctō cōgregatū: & ipſo īſpirā te illuminatū nō ſemel ſub anathematis diſtrictio ne huiuſcemōi exactiōes īhibuit/niſi pꝰ monitio onē exactores atq̃ ēt fautores deſtiterit: imo duo bꝰ vniuerſalibꝰ cōſilijs cauetur: vt cōſtat de īmu- nitate eccl̄iarū. ca. nō minꝰ et ca. aduerſus cōſules. vbi & declarat̄ vel ſpōte ſine licētia Romanę ſedis expreſſa de p̄rimonio Chriſti talia q̄uis vel ī neceſ ſitatē vel vtilitatē laicoꝝ īpotētiū cederēt publicā minime pręſtari licere. Deniq̃ ēt bonifacii octaui ſup hoc cōſtitutionē Bn̄dicto vndecio ita īterp̄tā- te vt liceret ſpōte dare & a ſpōte dātibꝰ recipe: cer te vt ſcādala vitarēt: illā cū ſuis declarationibꝰ pe- nitꝰ reuocādo: renouauit ſacroſācti cōſilij Viene- ſis auctoritas prioꝝ cōſiliorū robur: vt videlicet ſine Romani pōtificis licētia: nec recipere nec da re āt ī publicā vtilitatē liceat: neq̃ fauorē āt cōſiliū ad hoc pręſtare. Atq̃ hoc īuiolabiliter obſeruari ſub diſtrictiōe diuini iudicij (q̄ cēſura nō parū eſt oībꝰ timēda) p̄cepit Quapp̄ter hęc priuilegia tam valde roborata/ad vnguē & exacte obſeruari (ꝑut iuratū ē) mope deſideramꝰ. Nā & libertas hoīs ex naturali iure primū ꝓceſſit. Quā non niſi pc̄ti cā ſeruitꝰ ſecuta ē. Dicēte eccl̄iaſtico. Deus ab īito cōſtituit hoīem: & reliq̄t illū ī manu cōſilii ſui. Fe cit (vt Salomō iq̄t) deꝰ hoīem rectū: & īpe ſe īfini tis miſcuit q̄ſtionibꝰ. Libertas aūt ſacerdotalis di- uino iure cōfirmata ē: vt Geneſis. xlvii. ca. cōpro- bat̄. vbi ſic dr̄. Ex eo tp̄e vſq̃ ī p̄ſētē diē ī vniuerſa

De immu- nitate .ec. in cle. qn̄ ex cōſtitutiōe.

Eccleſiaſti- ci. xv. ca. Eccleſiaſtes vii. capitulo

terra Aegypti regib⁹ qnta ps ſoluit: & factū ē qſi ī legē abſq3 terra ſacerdotali: q̄ libera ab hac cōditione fuit. Taceo ſub famē illā accerrimā alimenta ex horreis publicis a rege ſacerdotib⁹ pręſtita. Sic regi placuit a quo & ſctūs Ioſeph figurato noīe ſaluator mūdi appellari ꝓmeruit. Nā (vt pōtifex maxim⁹ Vrban⁹ īſit) Extūc ꝓnūciauit dñs ſacerdotes ī oī gēte liberos eē oportere. Et ī euāgelio dñs Mathei. xvij. capite. filios regni (quo ſacerdotiū regale exprimit̄) liberos eē oportere ꝓnūciauit. Qđ & Eſdrę. vij. capite his verbis pręfixū eſt. Vobis notū facim⁹ de vniuerſis ſacerdotibus & leuitis & miniſtris domus dei vt vectigal & tributū nō habeatis poteſtatē imponēdi ſup eos. Hic & pulcherrime Sctūs ābroſi⁹ eccl'iaſticę libertatis ꝓpugnator acerrim⁹ hęc imperatorib⁹ ſūma cū libertate oſtēdit. vt patet. xxiij. queſtiōe octaua. Ca. cōuenior. Et ſubſequēter hāc ſacerdotū libertatē a ſūmis impatorib⁹ cōfirmatā eē legit̄ illic apertiſſīe. Corroborat ī Codice Federic⁹ impator titulo de pace tenēda. l. Edictali: hoc pacto pcipiēs. Illicitas exactiones & maxīe ab eccleſiis: quarū abuſ⁹ iā p lōga tēpora inoleuit p ciuitates & caſtella cōdēnam⁹ & ꝓhibem⁹. Et ſi factę fuerit: ī duplū reddant̄. Et vt in vniuerſū dicam⁹ qđ & impatorio ac pōtificali edicto planiſſīe atq3 ſaluberrime definitū ē: nō dedignāt̄ leges ſacros canones imitari. Finē dicēdi facerē niſi ſcirē veritatis auidos lubēter hoc audituros qđ ad libertatis eccleſiaſticę cōprobationē facit apertiſſīe. In ſexto decretaliū lib. de cēſib⁹. ca.

xiii. q. viii. ca. tributū.

q̄q̄.ita pſcriptū ē. Sūt eccleſię/eccleſiaſticęq̄ʒ pſōę ac res ipſarū nō ſolū iure humano quinimo & diuino a ſęcularū pſonarū exactionib⁹ immunes. Quapropter & Alexādrinā i vectigaliū exactores cōſtitutionē Bonifacio p̄ſcripto hmōi poena corroborāte/ vt ſingulares excōicatiōis:ciuitas vero/ caſtrū/ſiue loc⁹ iterducti ſnias ipo facto icurrāt/nō ante abſoluēdi q̄ exacta reſtituerit & ꝑ tranſgreſſiōe ſatiſfecerit cōpetēter. Ipſas excōicatiōis & iterdicti ſētētia a iure ꝓlatas Clemēs i cōſilio Vienne ſi ita cēſuit exequēdas/ vt locorū diocœſani ꝑ ſe vel ſubditos(poſtq̄ de trāſgreſſiōe cōſtiterit)oīno publicēt tādiu donec reſtitutio atq̄ʒ ſatiſfactio fiant cōpetēter. hoc i Clemētinis de cēſib⁹.ca.vltio manifeſtū ē. Interdicti aūt ſētētiā cōtēnētes(p̄ſerti ſi nominati moniti nō obedierint) excōicationis ſētētiā a qua ꝑ ſedem dūtaxat apoſtolicā poſſit abſolui ſacro approbāte cōſilio inodauit idē Clemēs Silētio pretereo(quę ex hiſtoriis liquēt)horribilia exēpla/& peſſimū illorū exitū q ab huiuſmōi exactionib⁹ moniti deſiſtere noluerūt tā principū/q̄ cōſiliariorū & fautorū. Amat ei dn̄s Chriſtos ſuos:ac ꝓ illis certat:quos vt pupillā ocl'i ſui oſtēdit atq̄ʒ itactos oīno eē p̄cipit:ac mādat. quāobrē quū ex vtriuſq̄ʒ teſtamēti auctoritate:& ſāctorū doctorū atq̄ʒ pōtificū declaratiōe. Inſup et ex oī iure tā decretaliū q̄ Sexti libri/& Clemētiarū:pariter & legū impialiū ſāctionib⁹ iuiolabiliter obſeruāda eccleſiaſtica libertas demōſtrata ſit:&pœnis trāſgreſſorū grauiſſimis cōſolidata. Obſecram⁹ potētiſſimi regis & principis iuictiſſimi maieſtatem vt ab

Ca. Clerici de iudiciis. Itē de nouiopis nūciatione. ca. x. Itā collatione. vi. ti. vt clerici apud ꝓprios epēos pri⁹ conueniāt i fine Et alibi Alexandrina: hanc habes in. vi. de immu: ec. c x. vide. de cēſib⁹. ca. q̄ q̄. In. vi. ue cēſib⁹. ca. q̄ q̄

In cle. de fē. excō. i prin.

huiuſmodi petitiōe atq; vlteriori ꝓſecutiōe deſi-ſtat/offerētes ꝓ ipſi⁹ ſalute ac ꝓſperitate reginę q; ac ꝓliū pulcherrimarū:ea q̄ pecuniis ꝓualēt & āte cellūt obſeruatiōes:ad deū ītētas/ ꝓceſſiōes/ ſup-plicationes publicas. Dixi.

Aduertere ꝙ licet īpator dicit ſe reꝓbare exactio nes illicitas:q̄rū abuſ⁹ iā p lōga tēpora inoleuit. Cui cōſētit id qđ dicit̄ ī.vi.de cēſib⁹.ca.q̄q̄.Cōtra ria cōſuetudie quorumcūq; (quæ verius dicenda corruptela eſt)non obſtante.

Pręterea aduerte qđ dicit Ioānes Andreę ſup.ca. p̄ſēti ī Clemētinis de cēſib⁹:ꝙ ī huiuſmodi exa-ctionib⁹ delinq̄re ꝓpter īterdicti ſētētiā ī vniuerſi tates periculoſiſſimū ē. ꝓpter qđ forſan tota Italia ē īterdicta:ne vltra Italiam teſtificent̄ experti &c.

Tertio aduerte ꝙ epiſcopi & archiepſicopi tenēt̄ vectigaliū exactores monere ; poſtq̄ dę exactiōe cōſtiterit:vt ſi moniti nō deſiſtāt:/ſingulares pſo-næ excōmunicatiōis:ciuitas vero vł caſtrū ſiue lo cus quicūq; īterdicti ſētētiis ſe cognoſcāt innoda tos. In quo delīq̄re(vt p̄ſcribit̄)periculoſiſſimū ē.